UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XX. De donatione inter virum & uxorem, & de dote post divortium restituenda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63277

Visual Library

infidelitatem & moleſtus ſit alteri fide- permanenti ; poterit hic a judice Ec- cleſiaſtico impetrare, ut quoad thorum a conjuge ſeparetur. Sic & ſeparatio ſit propter adulterium, niſi uterque pari vi- tio laboret, quia paria delicta mutua com- penſatione tolluntur. Item juſta quo- que cauſſa eſt divortii, ſi alter in alterum ſæviat nimium ; ſi alter alterum impellat ad peccatum mortale.

c.2.&c. De illa 6. h.t. c. 4. & 3. eod. c.pen. & ult.in f. De adult. d.c.7.verſ. ſi enim alter.

De donatione inter virum & uxorem : & de dote poſt divortium reſti- tuenda.

TIT. XX.

Divortium ſequitur repetitio dotis tan- quam cauſſa incidens, ſi ex licita cauſſa fuerit facta ſeparatio & divortium ſo- lemniter celebratum.

c. 1. [illegible] h. t.

1. *Quid eſt Dos?*

Est donatio, quæ ab uxore, aut alio, uxoris nomine, fit marito, ad ſuſti- nenda onera matrimonii. Quæ pro- pterea matrimonio conſtante repeti non poteſt, niſi maritus labatur facultati- bus.

l. Pro oneribl.20.29 C. De jure d.l.Si conſtante 24. De ſoluto matrim.

2. *Quid*

2. Quid donatio propter nuptias?

Eſt donatio illa, quæ vel a ſponſo vel ab alio ſponſi nomine fit ſponſæ, vel iam, quæ conſtante matrimonio a marito fit uxori, in ſecuritatem dotis. Eo ſpectat hæc donatio, ut habet uxor, ſi forte dos culpa mariti perat, vel demum fiat, unde eam recuperet.

3. Quid ſi igitur per ſententiam Judicii matrimonium pronuncietur eſſe nullum?

Tunc & dos erit nulla; quia ubicunque matrimonii nomen non eſt, ibi nec dos eſt reſtituenda propterea uxori: nec etiam donatio propter nuptias, reſtituenda marito. Sed & bona conſtante matrimonio communiter acquiſita uxor & maritus inter ſe dividere debent.

l. 3. D. De jure dot. c. 2. 5. & c. fin. h. tit.

nam

4. Quid ſi divortium fiat quoad thorum duntaxat?

Tunc qui peccavit, punitur amiſſione ſuæ dotis vel donationis propter nuptias; veluti uxore in adulterium lapſa, maritus innocens dotem lucratur, ideoque non eſt cogendus illam reſtituere: & contra uxor marito adultero lucratur donationem propter nuptias.

c. 4. h. t.

5. Quid

Quid de donationibus, quæ extra cauſſas dotis vel donationis propter nuptias fiunt inter conjuges, cenſendum? — *c. ult. h. t.*

Eæ ex cauſſa divortii, ſive quoad vinculum, ſive quoad thorum duntaxat, cenſentur tacite revocatæ. Nam licet donationes ejusmodi utroque jure ſint prohibitæ, tamen ſi non fuerint revocatæ, confirmantur morte donatoris. — *d. c. ult. & l. 1. D. eod. tit. l. Sed interim.* 11. *D. eod.*

6. Morte alterutrius ſoluto matrimonio an & tunc dos ac donatio propter nuptias reſtitui debebit?

Omnino; idque vel ſuperſtiti, vel ejus hæredibus: niſi vel pacto conjugum, vel ſtatuto, vel conſuetudine aliud obtineat; quia licet conjugibus paciſci inter ſe, ut altero eorum forte ſine liberis mortuo ſuperſtes vel dotem, vel donationem propter nuptias lucretur, eamque vel integram, vel ſaltem aliquam partem, quæ dicitur lucrum nuptiale, Pont. appellat *Dotalitium* Pragmatici vulgo *Dotarium.* — *d. c. ult. in verb. niſi de conſuet. &c. l. Si convenit. 6. & l. 9. C. de pact. convent. d. l. 9. & d. c. 4.*

De ſecundis nuptiis.

TIT. XVI.

Poſtremum libri hujus caput eſt de iterandis nuptiis; qua nata Sacramentum

tum